

Olim in Hispania

erat taurulus nomine

Ferdinandus.

aw-
and
ero
rdi-

Alii tauruli omnes quibuscum habitabat currebant et exsultabant et cornibus alius alium petebant,

sed minime Ferdinandus.

Tranquille sedere et flores
olfacere malebat.

Diligebat locum quendam in
prato sub quercu corticea.

Sub grata umbra huius arboris, quae erat ei dilectissima, totos dies sedebat et florum odoribus se delectabat.

Mater Ferdinandi, quae erat vacca, interdum angebatur, verita ne solitarius sine amicis esset.



“Cur,” inquit, “non vis currere et cum aliis taurulis ludere et exsultare et caput tundere?”

Abnuit tamen Ferdinandus. “Malo,” inquit, “hic manere, ubi tranquille sedere et flores olfacere possum.”

RL

Parens filium non solitarium esse sensit, et quod erat mater sagax, etsi vacca, eum ibi modo sedere et laetum esse sinebat.

MATER

Annis labentibus Ferdinandus crescebat atque maximus et validus fiebat.


FERDINANDUS
DUO ANNI
FERDINANDUS
UNUS ANNUS
TRES MENSES
RL

Alii tauri omnes qui in eodem prato cum illo creverant, totos dies inter se pugnabant. Capita alius alium contundebant et cornibus petebant. Deligi ad pugnandum in tauromachiis Madriti — id maxime cupiebant.




TAURO MAC
in Arena
MADRITI

Sed minime Ferdinandus: malebat adhuc sub quercu corticea sedere, nihil agens, et flores olfacere.

Quodam die quinque homines advenerunt, ridiculose pilleati, ad taurum omnium maximum, celerrimum, ferocissimumque deligendum qui in tauromachiis Madriti pugnaret.

RL RL

Tauri ceteri omnes concursabant, anhelabant, capita contundebant, exsultabant exsiliebantque, ut hominibus illis viderentur validissimi acerrimique atque maxime ad pugnam deligendi.


RL

Index Verborum

abnuo, -nuere, -nui, refuse, shake one's head
abveho, -ere, -vexi, -vectus, carry off
adhuc, still, even now
ago, -ere, egi, actus, drive, do
aliter, otherwise
alius, alia, aliud, another
angor, angi, feel distress, worry
anhelo, -are, -avi, -atus, puff, snort
animadverto, -ere, -verti, -versus, notice
apis, apis, *f.*, bee; apis bombitans, bumblebee
aptus, -a, -um, fit, suitable
arbor, arboris, *f.*, tree
beatus, -a, -um, happy, blessed
bellus, -a, -um, handsome, stylish
cano, -ere, cecini, cantus, sing, play (an instrument)
caput, capitis, *n.*, head
celer, celeris, celere, fast, swift
concurso, -are, -avi, -atus, run about
contundo, -ere, -tudi, -tusus, beat, strike

cornu, cornus, *n.*, horn
cresco, -ere, crevi, cretus, grow large, grow up
crinis, crinis, *m.*, hair
cupio, -ere, cupivi, cupitus, desire, wish
curro, -ere, cucurri, cursurus, run
delecto, -are, -avi, -atus, delight
deligo, -ere, -legi, -lectus, choose
demens, dementis, out of one's mind, crazy
diligo, -ere, -lexi, -lectus, love, value highly
dolor, doloris, *m.*, pain
dulcis, dulce, sweet
ecce, behold
efflo, -are, -avi, -atus, puff, snort
etsi, although
exacerbo, -are, -avi, -atus, irritate, provoke
exsilio, -ire, -silui, spring, leap
exsulto, -are, -avi, -atus, jump
ferox, ferocis, fierce
fio, fieri, factus sum, be made, become
flos, floris, *m.*, flower
gramen, graminis, *n.*, grass
homo, hominis, *m.*, man
idem, eadem, idem, the same
ieiunus, -a, -um, thin, spiritless
illic, there

incedo, -ere, -cessi, -cessus, walk, march
inclino, -are, -avi, -atus, bend, bow
indo, -ere, -didi, -ditus, give, apply to
induo, -ere, -dui, -dutus, put on
inquit, he (or she) says
inveho, -ere, -vexi, -vectus, carry in; (in passive), ride
irascor, irasci, iratus, grow angry
labor, labi, lapsus, glide, slip
laetor, -ari, -atus, be glad
ludo, ludere, lusi, lusus, play
Madritum, -i, *n.*, Madrid
malo, malle, malui, prefer
mater, matris, *f.*, mother
minime, not at all
minitor, -ari, -atus, threaten
mulier, -ieris, *f.*, woman
nempe, certainly
nequeo, -ire, -ivi, -itus, be unable
nihil, nothing
nomen, nominis, *n.*, name
obsequor, -sequi, -secutus, obey, yield to
olfacio, -ere, -feci, -factus, smell
olim, once upon a time
omnis, omne, all
pallium, -i, *n.*, cloak

paeniteo, -ere (usually impersonal), be sorry
pedes, peditis, *m., foot soldier*
peto, -ere, petivi, petitus, seek, attack
pilleatus, -a, -um, hatted, wearing a hat
pompa, -ae, *f.*, parade
praebeo, -ere, praebui, -bitus, offer; (reflexive), show oneself
pratum, -i, *n.*, meadow
profecto, indeed, truly
proficiscor, -cisci, profectus, set out
progredior, -gredi, -gressus, go forward
pulso, -are, -avi, -atus, strike, beat
pungo, -ere, pupugi, punctus, prick, sting
quaeso, -ere, beg, ask
quercus, -i, *f.*, oak tree; quercus corticea, cork tree
quidam, quaedam, quoddam, a certain
quoad, as far as
redimio, -ire, -dimii, -dimitus, wreathe round
rigeo, -ere, be stiff
ruber, -bra, -brum, red
sagax, -acis, understanding, wise
scio, scire, scivi, scitus, know
sedeo, -ere, sedi, sessus, sit
sicut, as, just as
sino, -ere, sivi, situs, allow, permit
solitarius, -a, -um, lonely

solum, -i, *n.*, ground, earth
solvo, -ere, solvi, solutus, loosen, free
stimulus, -i, *m.*, goad
strepitus, -us, *m.*, noise
subsido, -ere, -sedi, -sessus, sit down
sufflo, -are, -avi, -atus, puff, blow
taenia, -ae, *f.*, ribbon
tantopere, so much
tantum, only
tauromachia, -ae, *f.*, bullfight (from the Greek)
taurus, -i, *m.*, bull; taurulus, little bull
tranquille, quietly
tundo, -ere, tutudi, tunsus, beat, thump
umbra, -ae, *f.*, shade
umbrosus, -a, -um, shady
vacca, -ae, *f.*, cow
validus, -a, -um, strong
ventilo, -are, -avi, -atus, wave, blow
vereor, -eri, veritus, fear
vexillum, -i, *n.*, flag
volo, velle, volui, wish